

se transferri in Egram, tanquam habiturus ibi meliorem requiem. Ubi non post multos dies morbo ingrauescente ad extrema peruenit, factaque confessione cum multis lacrimis sumptisque redemptionis nostrae muneribus, nec non et sacri olei liquore perunctus, multis coram astantibus, flentibus et orantibus dormiuit cum patribus suis, sicut supra dictum est XVII Kal. Julii. Cuius corpus Doczan est deportatum et iuxta matrem suam officiosissime sepultum. Sic cecidit aureus flos Boemiae, munimentum populi, decus cleri, religiosorum uirorum propugnator eximus, cui post beatum Adalbertum nullus exstitit in ista terra secundus. Cuius anima requiescat in pace, amen.

Ea<sup>1)</sup> tempestate, qua hec gerebantur, erat Prage in captiuitate dominus Wladizlaus captus ab episcopo in infirmitate sua propter germanum ipsius Primizl. Uerum postquam mortuus est episcopus, Boemi maiores natu exemptum de uinculis domnum ac principem terrae constituant, non ausi uota sua transferre in fratre eius sepe dictum Primizl duabus de causis, quarum prima fuit, quia contra eum pugnauerant, secunda, quia gratiam imperatoris non habebat. Tali ordine nec non et tempore, hoc est in octauis beati Viti<sup>2)</sup>, dominus Wladizlaus sublimatus in ducem, deinde in Kal. Nouembris misit et conuocauit clerum et populum in Pragam, abbates, etiam prepositos et canonicos omnes iussit adesse, tanquam tractaturus cum eis de pontificali electione. Itaque conuenimus et inuenimus iam sibi persuasum a suis familiaribus, ne talem poneret, qui posset aliquando recalcitrare. Quod et factum est. Nam quendam ex cappellanis suis, nomine Miliconem cognomento Danielem, nobis eatenus incognitum, designauit in episcopum, negata omni electione clero, quem in odium defuncti episcopi non multum diligebat. Ibi uiidimus, unde satis doluimus, quod idem Daniel episcopatu inuestitus flexo poplite fecit ominium prefato duci Wladizlao in preiudicium antique libertatis et in derogationem priuilegiorum imperialium, que inuestitutram Pragensis et Olomucensis episcoporum ad imperatorem pertinere, sed et Pragensem epi-

jakož i svatým olejem pomazáni u přítomnosti <sup>1197</sup> množství plačícího a modlícího se lidu zemřel jakož i otcové jeho, jako shora řečeno jest, dne 15 Června. Tělo jeho do Doksan jest přeneseno a vedle matky jeho počestně jest pochřbeno. Tak upadl zlatý květ Čechie, záštita lidu, ozdoba duchovenstva, řeholníků obhájee neobýčejný, jemuž po sv. Vojtěchu nebylo rovného v této zemi. Jeho duše odpočívěj v pokoji. Amen.

Tou dobou, co se toto dalo, byl v Praze za nemoci biskupa u vězení držán pro bratra svého Přemysla pan Vladislav. A však když byl zemřel biskup, české panstvo zbavivši jej pout, za pána a knížete země jej ustanovilo, neodváživši se hlasy své přenést na bratra jeho často řečeného Přemysla z dvou příčin, z nichž první byla, že proti němu byli bojovali, druhá, že přízně cisařovy neměl. Takovým pořadem, jakož i časem, to jest v ochtábu sv. Václava, pan Vladislav povyšený na knížetství, potom dne 1 Listopadu obeslal a svolal duchovenstvo i lid do Prahy, kázal opatům, též proboštům a kanovníkům všem dostaviti se, jakoby jednat chtěl s nimi o volbě biskupa. A tak jsme se sešli a nalezli, že mu již namluveno od jeho dvořanů, aby neustanoval takového, který by někdy mohl vzpirati se. A to se též stalo. Neboť jednoho z kaplanů svých, jmenem Milika příjmí Daniele, nám až posud neznámého ustanovil biskupem, odepřev duchovenstvu všelikou volbu, poněvadž ze zavisti proti zemřelému biskupovi je valně nemiloval. Tam jsme viděli a tudiž dosti těžce nesli, že týž Daniel biskupstvím ozdoben pokleknut slibil člověčenství řečenému knížeti Vladislavovi na úkor staré svobody a na ujmu výsad cisařských, které svědčí, že investitura biskupů pražského a olomouckého císaři přísluší a že pražský biskup jest knížetem říšským, což až do tohoto biskupa starobylý zvyk připouštěl, ale

<sup>1)</sup> Od slova tohoto psánu rukopis původní jinou rukou, ale ovšem současnou. — <sup>2)</sup> 22 Června.